

meat Bosco sita presso Appiano, nei luoghi indicati per ordinare la consegna delle terre della chiesa.

Notaio Lanfranco de Turcho notifica al servitore.

5 Notaio Marcadante de Cassio del collegio del paratico dei servitori del comune sottoscrive.

Inserito negli atti del 1273 aprile 4 e aprile 25: v. docc. nn. LXXII, LXXIII.

LXXII.

1273 aprile 4, martedì, Vedano

10 Giacomo de Modoetia servitore del comune di Milano si reca a Vedano su precetto dell'assessore Federico Piperata, di cui all'atto precedente, per ordinare la consegna delle terre della chiesa di S. Bartolomeo al Bosco.

Originale in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., P. antica, Milano, Capitolo Maggiore del Duomo, art. 165, 46 O5, n. 3 (A).

15 Reg.: T. MARTELLINI, *Le pergamene dei capitoli ...*, in «Studi di Storia medioevale e di Diplomatica», 10, p. 52, n. 195.

Il notaio e servitore è scorretto; inoltre usa indifferentemente le semplici e le doppie (*ellecti, electi*, etc.) le forme *nontius, nuntius*, etc.

La data citata presenta elementi discordanti tra anno e indizione: v. nota 1.

20 (ST) In nomine Domini. Anno a nativitate domini nostri Yesu Christi millesimo ducesimo septuagesimo tertio, die martis quarto die mensis aprilis, indictione prima. Rofinus filius condam Maiffii de Oddonis et Marchesolus de Horo ambo consules comunis loci de Veddano et Iohannes Prest[or] et Iacobus de Manzo et Guidobonus de Rancio et Mainerius de Ugerio et Ugerius de Brochis, omnes illius loci de Veddano, consignatores ellecti dati et constituti et confirmati per comune et consules et officiales et vicinos illius loci de Veddano tam nobillium quam vicinorum occaxione quod debeant seu debe-

25 rent consignare et determinare et designare atque coherentiare omnes terras et possessiones et iura, quas et que ecclesia et canonica et capitullum Sancti Bartollomei ad Buschum habet et ei pertinet in illo loco et territorio de Veddano, et consignare et manifestare omnes personas quas^a tenent et laborant vel tenuerunt et laboraverunt et nomina et cognomina earum et ubi stant; de quibus omnibus consignationibus et determinationibus fatiendis et fieri fatiendis et facere velle dicti consules et officiales et vicini et consignatores eorum nomine et comunis illius loci coacti fuerunt per Iacobum de Modoetia servitorem comunis Mediolani, qui est notarius, precepto et ex parte domini Fedrici Piperate^b iudicis et assessoris potestatis Mediolani; et pro predictis consignationibus et determinationibus fatiendis et fieri fatiendis et facere posse dictus servitor habebat et ibi hostendebat se habere preceptum unum scriptum, impetratum illi servitori ab illo iudice, tenor cuius precepti inferius legitur et continetur. Quas petias terre dominus prepositus et canonici et capitullum illius ecclesie volunt et eis placuit et placet pro maiori utilitate illius ecclesie et canonice et capitulli modo de novo facere sibi, nomine illius ecclesie, consignari et determinari et coherentias earum renovare et eas mensurari facere ad hoc melius sciantur, sciri possint pro esse magis note et designate ubi iacent, in qua contrata seu contratis, et fines et coherentias earum pro bona memoria retinenda et

30

35

40

conservationem sui iuris; et hoc facere volunt dum vivi sunt illi homines qui sunt noti earum et qui sciunt eas et ea antequam vadant de hoc seculo ad hoc ut de cetero dictus prepositus et canonici et vicini illius loci presentes et futuri melius possint scire eas et ea ubi sunt et erunt et iacent et contrate^a et fines et coherentias et quantitates earum. Qui consignatores electi dati et confirmati fuerunt pro esse meliores et plus ydonei et noti et qui melius sciunt et scire debent eas et ea quam alios homines, quod possent eligere nec dare seu invenire in ipso loco etiam secundum quod dicti consignatores ibi dicebant et confessabant. Et eam consignmentem et determinationem dicti consignatores fecerunt et consignaverunt die dominico proximi^a preteriti^a et ab illa die citra omni die de die in diem usque hodie bona fide, sine fraude, remotis hodie, amore et timore et spetialiter proficuo et dampno suo et alieno et ultra, sub^c pena et banno librarum L tertiorum pro quolibet et per eorum sacramenta acta et facta et tacta super scripturis, eidem domino preposito et Tealdo de Carbonate canonico illius ecclesie, infrascriptas petias terre illius ecclesie esse et fuisse illius ecclesie et ei pertinere et pertinere consuevisse a suis memoriis citra, ut dicti consignatores ibi dixerunt et dicebant. Ille terre quas consignant sunt iste, et nomina^d et cognomina illorum hominum qui tenent et laborant eas et ea. Prima quarum iacet ad Ecclesiam, et est campus, pertice due et tabule novem et pes unus cum arboribus duabus castanearum, plantis duabus nuchum intus, quam laborat Mainetus Brochus: coheret ei a mane via viganas, a meridie ecclesie^e de Varixio fuit, quam modo laborant fratres Humiliati illius loci, a sero heredum condam Guidonis de Callice, quam laborant^a Mullinarius de Cedrate, a monte Uberti de ser Ruffino et modo est Finiberti de Oddone, quam laborat Martinus Rozus, et est prima petia unius liste memorie^f veteris. II petia iacet ubi dicitur ad Samedam, et est campus, pertice due et tabule octo et pedes undecim, quam laborat dictus Mainetus de Brocho: coheret ei a mane fuit et est via, a meridie fuit et est Pagani de Ottallo de Scanio, quam laborat Petrus Pusca et in parte domini Chunradi de Castelliono, quam tenet Petrus Brochus, a sero est et fuit Iohannis filii condam alterius Iohannis Barroffii, a monte fuit et est iamdicte ecclesie de Varixio, quam tenet Bonfans de Ottorano, cum plantis duabus nuchum et arbore una castanearum et novellis duobus intus, pars cuius petie recepta fuit in cambio a Morando de Gatto in scontro unius petie terre que erat illius canonice Sancti Bartollomei, quam^a iacet in eodem territorio de Veddano, ubi dicitur in Campo Longo, et est secunda petia illius liste dicte memorie. III petia iacet ubi dicitur ad Roncum, et est campus cum planta una nucis parva intus, et est pertice due et tabule decem et pedes septem, quam tenet ille Mainetus Brochus: coheret ei a mane fuit Guidoti de Ruffino et modo est Benedicti filii sui, a meridie fuit et est accessium, a sero via, a monte fuit et est dicti domini Chunradi de Castelliono, quam tenet Beltramus de Morenciono. IIII petia iacet ubi dicitur ad Rovorexellam, ibi prope, versus meridiem, et est campus, pertica una et tabule viginti tres, quam tenet dictus Mainetus Brochus: coheret ei a mane ecclesie Sancti Pretatii illius loci, quam tenet Lazarus Albergi, a meridie tenet frater Zanus, a sero via, a monte fuit et est Ferrarii de Castelliono, quam tenet Fatiolus de Zaffaro. V petia iacet ad Viam de Rivera sive ad Rovorexellam, ibi prope, per medium ultra illam viam, et est campus guercius cum arboribus quinque intus, et est pertica una et tabulle decem novem, quam tenet idem Mainetus: coheret ei a mane et a sero via, a meridie viganus, a monte fuit et est Ruffinoli filii condam Guarnerii de Barroffia. VI petia iacet ad Riveram, ultra, versus sero, et est campus, pertice tres et tabule sedecim, quam tenet ille Mainetus Brochus: coheret ei a mane tenuit seu tenet Algisius Segeza, a meridie fuit et est iamdicte Guidonis de Colliate, quam tenet Mullinarius de Cedrate, a sero tenet Gualprandus et in parte tenet Guifredus de Iulliano, a monte via, cum planta una nucis intus parve, a meridie parte. VII petia iacet ubi dicitur ad Vallem, et est campus cum planta una nucis

et aliis plantellis duabus nuchum intus, et est tabule viginti due, quam laborat idem
 Mainetus de Brocho: coheret ei a mane Zaneli Brochi et modo est Iacobine filie sue, a
 meridie ecclesie de Castroseprio, quam tenet idem Mainerus seu Ugierius pater eius, a
 sero fuit Anrici de Castelliono, quam laborat de^a Abraam, a monte fuit et est dicti Gui-
 5 donis de Colliate, quam tenet Petrus de Cunardo. VIII petia iacet ubi dicitur in Paino,
 et est campus, pertice due et tabule sex et pedes quatuor, quam tenet ille Mainetus Bro-
 chus: coheret ei a mane et a sero accessium, a meridie^a fuit ser Raimondi de Besozaro et
 modo est heredum eius, quam tenet Albertinus de Regezo, a monte Martini filii condam
 10 Alberti de ser Grogno fuit et modo est dicti Guidonis de Colliate, quam tenet Petracius
 de Bregia qui dicitur Cliricus, cui petie est a mane eundo versus sero per medium cor-
 pus illius petie zitade septuaginta novem. VIII petia iacet ubi dicitur ad Cavilliatam si-
 ve ad Piodum, et est campus, cum plantella una nucis intus, et est pertice tres et tabule
 15 VII et pedes quinque, quam tenet dictus Mainetus Brochus: coheret ei a mane fuit dicti
 Anrici de Castelliono, quam tenet Ianuarius de Gualprando per predictum ser Chunra-
 dum de Castelliono, a meridie dicte ecclesie et canonice Sancti Bartollomei, a sero fuit
 heredum condam Alberti Dalmaxii et modo est Iohannis Grillii, a monte accessium. X
 petia iacet similiter ubi dicitur ad Cavilliatam, ibi prope, versus meridiem, se tenens
 cum ea, et est campus, pertice quinque et tabule decem octo, quam tenet idem Maine-
 20 tus: coheret ei a mane fuit et est Pagani filii condam Iunii de Scanio, a meridie fuit eius-
 dem Pagani et modo est Petri Gatti, quam laborat Ruffinus Barroffia, a sero heredum
 condam Guidoti de Ruffino, quam laborat Confortinus, et in parte dicti domini Chun-
 radi de Castelliono, quam tenet iamdictus Petrus Brochus, a monte Iohannis Grillii et
 in parte est dicta petia proxima Sancti Bartollomei, que petia habet cochetam^a unam, a
 sero parte, que vadit versus montem; que cocheta est zitade quinque, a meridie eundo
 25 versus montem et a monte eundo versus sero est zitade I et pedes III et onzie IIII. XI
 petia iacet ubi dicitur ad Serenam, et est campus, pertica una et tabule novem et pedes
 sex, quam laborat idem Mainetus Brochus: coheret ei a mane via, a meridie fuit et est
 Iohannis Passare, a sero fuit et est iamdicte ecclesie Sancti Pretazii, quam tenet Lazarus
 de Aibergi^a, a monte fuit et est ecclesie Sancte Marie de Torba, quam tenet ille Maine-
 30 tus, cui petie est a mane eundo versus sero per medium corpus illius petie zitade LI et
 pes unus et onzie IIII. XII petia iacet ultra, versus montem, et dicitur ibi ad Ulmum^b, et
 est campus, pertica una et tabule decem octo, quam laborat dictus Mainetus Brochus,
 cum planta una nucis supra, a meridie parte: coheret ei a mane dicte ecclesie de Castro-
 35 seprio, quam tenet Bonfans de Ottorano, a meridie et a sero via, a monte fuit Iohannis
 Baroffie, quam tenet frater Iohannes Gualprandi de domo Humilliatorum minorum il-
 lius loci de Veddano, cui petie est a meridie eundo versus montem per medium corpus il-
 lius petie zitade XXVIII et pedes duo. XIII petia iacet ibi prope, versus montem, ubi
 dicitur ad Riveram, et est campus, cum planta una nucis supra, a meridie parte, et est ta-
 40 bule decem: coheret ei a mane terra quam tenuit Gasparrus de Bonoseniore, quam mo-
 do tenet Guillielmetus frater eius, a meridie fuit et est accessium, a sero fuit Martini fi-
 lii condam Alberti de ser Gronio^a, quam tenet^l Petraciolus de Bregia per predictum
 Guidonem de Colliate, a monte fuit et est Bonifacii de Ottorano de Bonfante, quam pe-
 tiam tenet dictus Mainerus^a de Brochis, cui petie est a meridie eundo versus montem
 per medium corpus illius petie zitade XIII et onzie VIII, et adtraversum medium zita-
 45 de due et pedes quinque. XIII petia iacet ubi dicitur in Seroxi, et est campus, pertice
 due et tabula una et pedes septem, quam laborat dictus Mainetus Brochus: coheret ei a
 mane fuit et est via, a meridie fuit et est Airaldi Iunii, a sero fuit et est dicti fratris Io-
 hannis de Gualprandis Humiliati dicte domus minoris illius loci seu tenet, a monte simi-
 liter, cui est a mane eundo versus sero per medium corpus illius petie zitade triginta octo

et pedes quatuor et medius et adtraversum medium zitade quinque et pes unus et onzie
 III. XV petia iacet ubi dicitur in Codevico, et est vinea, pertica una et tabule octo,
 quam tenet idem Mainetus: coheret ei a mane dicti Ugerii Brochi patris dicti Maineti
 est et fuit, a meridie tenuit seu tenet Marchisius de Bonfante et in parte fuit et est dicti
 ser Chunradi de Castelliono, quam tenet^a Guilielmus de Gasparro Bonsenior et Io- 5
 hannes Grillius, a sero via sive rialis de Fontana, a monte fuit et est dicti domini Chun-
 radi de Castelliono, quam tenet Ruffinus Barroffia, cui petie est a meridie eundo versus
 montem zitade XXVI et pedes III et a monte per testam zitade VI et media, a meridie
 per testam zitade X et pedes III et medius. XVI petia iacet ubi dicitur Intus Canevale,
 et est campus cum planta una nucis intus, pertica una et tabula una et in cartis et inbrivi- 10
 viaturis veteribus illius ecclesie continetur esse pertica una et tabule tres, quam laborat
 dictus Mainetus: coheret ei a mane fuit heredum condam Alberti Dalmaxii et postea
 pervenit in Guidonem Longum de Castelliono et modo est Petri Pusche, a meridie fuit
 et est Ferrarii de Castelliono, quam tenet ille Mainetus, a sero dicti domini Chunradi de
 Castelliono, quam tenet^a dicti fratres Humiliati domus minoris illius loci, a monte tenet 15
 Algisius Gualprandi; que petia terre fuit recepta in comutatione a Tealdo de ser Gui-
 scardo in scontro unius petie terre que erat illius ecclesie et canonice Sancti Bartollomei,
 que iacet ubi dicitur ad Longirolam de Braida, in eodem territorio de Veddano; que pe-
 tia est a meridie eundi^a versus montem per medium corpus illius petie zitade XXV.
 XVII petia iacet ubi dicitur de Barassina, et est silva cum arboribus octo grossis casta- 20
 nearum supra et novellis duobus intus, et est pertica una et tabula una et pedes octo, et
 in cartis veteribus illius ecclesie continetur esse pertica una et tabule tres et media,
 quam tenet idem Mainetus Brochus: coheret ei a mane fuit et est Petracci de Danio,
 quam tenet idem Mainetus Brochus, silva^a, a meridie silva que fuit Guidoti de Ruffino
 et modo est Uberti filii eius, quam tenet Confortus de Locia, a sero tenet idem frater Io- 25
 hannes de Gualprandis, Humiliatus illius domus minoris, a monte via; que petia est a
 meridie parte eundo versus montem per medium corpus illius petie zitade X et media.
 XVIII petia iacet ubi dicitur Intus Roncos, et est campus, tabule viginti, quam laborat
 dictus Mainetus Brochus: coheret ei a mane fuit et est domus minorum Humiliatorum
 illius loci, a meridie fuit et est dicti fratris Iohannis Gualprandi Humiliati illius domus 30
 minoris, a sero ecclesie de Malmate, quam tenet dictus Petraccius de Danio, a monte fuit
 et est via, et est a meridie eundo versus montem per medium corpus illius petie zitade
 viginti sex et pes unus et medius. XVIII petia iacet intus Roncos, ibi prope, versus ma-
 ne, et est silva cum arboribus octo castanearum intus, pertice due et tabule octo et in
 cartis seu inbriviaturis veteribus illius ecclesie Sancti Bartollomei continetur pertice due 35
 et tabule tredecim, quam tenet ille Mainetus: coheret ei a mane heredum condam Ultioli
 de Binago est et fuit, quam tenet dictus Algisius Gualprandi, silva^a, a meridie campus
 qui est et fuit dicti domini Chunradi de Castelliono, quam tenet Brochetus, a sero dicti
 Iohannis Gualprandi, a monte via, et est a meridie eundo versus montem zitade¹ triginta
 octo et media eundo per corpus illius petie. XX petia iacet^m ubi dicitur in Vineario, et 40
 est vinea et pars a mane parte est zerbus, cum arbore uno castanearum intus in capite,
 a monte parte, cum planta una nucis et nuceta una intus; que omnia computata est perti-
 ce quinque et tabule duodecim, videlicet de vinea pertice quinque et tabule quinque et
 pedes VI et de zerbo tabule sex et media de zerbo, quam tenet^a Guidobonus Sita et Io-
 hannes Prestor comuniter per medietatem: coheret eis ad supertotum a mane et a sero 45
 ser Alberti de Oddonis, a meridie similiter, a monte via sive senterius, et ultra illam
 viam est terra dicti ser Chunradi, que petia est a meridie eundo versus montem per me-
 dium corpus illius petie zitade nonaginta quatuor et pedes duos^a et in cartis seu inbrivia-
 turis veteribus illius ecclesie continetur esse pertice sex et tabule novem. XXI petia ia-

et pedes quatuor et medius et adtraversum medium zitade quinque et pes unus et onzie
 III. XV petia iacet ubi dicitur in Codevico, et est vinea, pertica una et tabule octo,
 quam tenet idem Mainetus: coheret ei a mane dicti Ugerii Brochi patris dicti Maineti
 est et fuit, a meridie tenuit seu tenet Marchisius de Bonfante et in parte fuit et est dicti
 ser Chunradi de Castelliono, quam tenet^a Guilielmus de Gasparro Bonsenior et Io- 5
 hannes Grillius, a sero via sive rialis de Fontana, a monte fuit et est dicti domini Chun-
 radi de Castelliono, quam tenet Ruffinus Barroffia, cui petie est a meridie eundo versus
 montem zitade XXVI et pedes III et a monte per testam zitade VI et media, a meridie
 per testam zitade X et pedes III et medius. XVI petia iacet ubi dicitur Intus Canevale,
 et est campus cum planta una nucis intus, pertica una et tabula una et in cartis et inbriv- 10
 viaturis veteribus illius ecclesie continetur esse pertica una et tabule tres, quam laborat
 dictus Mainetus: coheret ei a mane fuit heredum condam Alberti Dalmaxii et postea
 pervenit in Guidonem Longum de Castelliono et modo est Petri Pusche, a meridie fuit
 et est Ferrarii de Castelliono, quam tenet ille Mainetus, a sero dicti domini Chunradi de
 Castelliono, quam tenet^a dicti fratres Humiliati domus minoris illius loci, a monte tenet 15
 Algisius Gualprandi; que petia terre fuit recepta in comutatione a Tealdo de ser Gui-
 scardo in scontro unius petie terre que erat illius ecclesie et canonice Sancti Bartollomei,
 que iacet ubi dicitur ad Longirolam de Braida, in eodem territorio de Veddano; que pe-
 tia est a meridie eundi^a versus montem per medium corpus illius petie zitade XXV.
 XVII petia iacet ubi dicitur de Barassina, et est silva cum arboribus octo grossis casta- 20
 nearum supra et novellis duobus intus, et est pertica una et tabula una et pedes octo, et
 in cartis veteribus illius ecclesie continetur esse pertica una et tabule tres et media,
 quam tenet idem Mainetus Brochus: coheret ei a mane fuit et est Petraccii de Danio,
 quam tenet idem Mainetus Brochus, silva^a, a meridie silva que fuit Guidoti de Ruffino
 et modo est Uberti filii eius, quam tenet Confortus de Locia, a sero tenet idem frater Io- 25
 hannes de Gualprandis, Humiliatus illius domus minoris, a monte via; que petia est a
 meridie parte eundo versus montem per medium corpus illius petie zitade X et media.
 XVIII petia iacet ubi dicitur Intus Roncos, et est campus, tabule viginti, quam laborat
 dictus Mainetus Brochus: coheret ei a mane fuit et est domus minorum Humiliatorum
 illius loci, a meridie fuit et est dicti fratris Iohannis Gualprandi Humiliati illius domus 30
 minoris, a sero ecclesie de Malmate, quam tenet dictus Petraccius de Danio, a monte fuit
 et est via, et est a meridie eundo versus montem per medium corpus illius petie zitade
 viginti sex et pes unus et medius. XVIII petia iacet intus Roncos, ibi prope, versus ma-
 ne, et est silva cum arboribus octo castanearum intus, pertice due et tabule octo et in
 cartis seu inbrivaturis veteribus illius ecclesie Sancti Bartollomei continetur pertice due 35
 et tabule tredecim, quam tenet ille Mainetus: coheret ei a mane heredum condam Ultioli
 de Binago est et fuit, quam tenet dictus Algisius Gualprandi, silva^a, a meridie campus
 qui est et fuit dicti domini Chunradi de Castelliono, quam tenet Brochetus, a sero dicti
 Iohannis Gualprandi, a monte via, et est a meridie eundo versus montem zitade^l triginta
 octo et media eundo per corpus illius petie. XX petia iacet^m ubi dicitur in Vineario, et 40
 est vinea et pars a mane parte est zerbus, cum arbore uno castanearum intus in capite,
 a monte parte, cum planta una nucis et nuceta una intus; que omnia computata est perti-
 ce quinque et tabule duodecim, videlicet de vinea pertice quinque et tabule quinque et
 pedes VI et de zerbo tabule sex et media de zerbo, quam tenet^a Guidobonus Sita et Io-
 hannes Prestor comuniter per medietatem: coheret eis ad supertotum a mane et a sero 45
 ser Alberti de Oddonis, a meridie similiter, a monte via sive senterius, et ultra illam
 viam est terra dicti ser Chunradi, que petia est a meridie eundo versus montem per me-
 dium corpus illius petie zitade nonaginta quatuor et pedes duos^a et in cartis seu inbrivia-
 turis veteribus illius ecclesie continetur esse pertice sex et tabule novem. XXI petia ia-

- cer ubi dicitur in Via Nova, et consuevit dici ibi in Ronco, et est campus, pertice due et tabule decem et pedes quatuor, quam laborat dictus Zanebonus ****; coheret ei a mane fuit et est ecclesie Sancti Laurentii de Castelliono, quam tenet¹ Iacobus Sibellus, a meridie accessium et ultra illud accessium ibi per medium est terra ecclesie de Varixio, quam
- 5 tenet Bonifacius de ser Nive, a sero fuit ser Uberti de Ruffino et modo est Ricardi de Ruffino, a monte via, et est a meridie eundo versus montem per medium corpus illius petie zitade viginti. XXII petia iacet ad Picenum sive in Bragati, et est campus, tabule viginti due, quam tenet dictus Guidobonus: coheret ei a mane accessium et ultra illud accessium est terra fratrum Humiliatorum dicte domus maioris² illius loci, a meridie
- 10 Guillielmi et Iohannis qui dicuntur Platti de Cum(mo), quam tenet³ Albertus seu Albertinus et Iohannis⁴ de Bello qui dicitur Barba, a sero fuit Guidoti Marapellis et modo est Alberti de ser Guiscardo, quam tenet Iacobus de Maguzo, a monte dicti Guidoboni fuit et est, et est a meridie eundo versus montem per medium corpus illius petie zitade undecim et pedes quatuor. XXIII petia iacet ubi dicitur in Quadra, et est campus, pertice
- 15 due et tabula una et pedes⁵ sex et medius, quam tenet Iacobus de Maguzo, et⁶ in cartis seu inbriviaturis veteribus illius ecclesie continetur esse debere pertica una et tabule⁷ viginti una et pedes quinque et starius I terre: coheret ei a mane fuit et est dicti Alberti de ser Guiscardo, quam tenet Stepaninus⁸ Barberius: coheret ei a mane accessium et ultra illud accessium est terra ecclesie Sancti Laurentii de Castelliono, quam tenet Guardavilla, a
- 20 sero fuit iamdicti⁹ Ramondi de Besozaro, quam tenet Guillielmus Ragoza, a monte fuit Deraillis filii condam Petraccii de Arloto, quam tenet Guillielmus de domina Elena, et est a meridie eundo versus montem per medium corpus illius petie zitade triginta quinque et pedes quatuor. XXIII petia iacet ubi dicitur ad Noxedum, et est campus, pertica una et tabule undecim, quam laborat Iacobus de Maguzo: coheret ei a mane fuit et est
- 25 accessium et ultra illud accessium est terra Rugerii Marapellis, a meridie fuit Uberti de Ruffino, quam tenet idem Iacobus de Maguzo, a sero fuit et est Florini filii condam Chunradini de Castelliono, quam tenet Iohannes Prestor¹⁰, a monte fuit et est dicti Alberti de ser Guiscardo, quam tenet Iacobinus de Rancate, et est a mane eunde¹¹ versus sero per medium corpus illius petie zitade quadraginta et pedes quatuor et medius.
- 30 XXV petia iacet ubi dicitur ad Cirixarium, et est campus, pertica una et tabule septem et pedes sex, quam laborat dictus Iacobus de Maguzo, cui est a mane fuit et est dicti Alberti de ser Guiscardo, quam tenet Guifredus de Cagnio, a meridie via, a sero ecclesie Sancti Laurentii de Castelliono, quam tenet Rainerius de Guardavilla, a monte fuit dicti ser Uberti de ser Ruffino et modo est Petri filii condam Morandi, et est a meridie eundo
- 35 versus montem per medium corpus illius petie zitade quadraginta tres. XXVI petia iacet ubi dicitur in Casate, et est campus, tabule novem, quam tenet Creda filius condam Guardaville: coheret ei a mane laborat Iacobus Sibelli, a meridie dicit in cartis acquisti illius ecclesie esse viganus et modo est ibi campus, quem tenet ille Creda, a sero dicit in illis cartis acquisti fuisse Lantelmi et modo est Alberti Bianchi de Vellate, quam tenet
- 40 Guifredus Marapellis, a monte dicit fuisse via et nunc est ibi illamet via; quam petiam consignaverunt dicti iurati consignatores esse illa petia que continetur esse in illa carta acquisti et esse illamet contrata, et in illa contrata non invenerunt nullam aliam petiam tante quantitatis quam habeat tales coherentias nisi ista petia; et taliter consignaverunt dicti Iohannes Prestor et Albertus de Guidone de ser Fedrico et Iacobus filius condam
- 45 Aviati de Rancate per sacramentum et aliter non consignaverunt. XXVII petia iacet ubi dicitur ad Montexellum, et est campus, pertice due et tabule duodecim, quam tenet seu laborat Iacobus filius condam Anrici¹² de Rancate: coheret ei a mane dicit in illis cartis acquisti fuisse Ottonis de Magio et modo est Raballii filii condam Raimondi de Besozaro, quam tenet Albertinus de Regezo, a meridie dicit in illis cartis acquisti fuisse strata et

nunc est ibi illamet strata, a sero dicit fuisse viganus et modo est ibi via, a monte dicit fuisse Iohannis Sibelli vel per eum tenuisse, quam tenet modo Iacobetus de Rancate, quam dicti consignatores consignaverunt esse illa petia quam continetur esse in dicta carta acquisti et esse illemet coherentie veteres et illamet e[st] contrata et tante quantitate^a et quod in illa contrata non potuerunt invenire nulam aliam petiam tante quantitat- 5
tis quam habeat tales coherentias nisi ista petia, et taliter consignaverunt, et aliter non consignaverunt. Sciendum est quod remanet in illa contrata de Casate tabulas novem campi, quam vendiderunt Lantelmus et Petrus fratres, filii condam Oprandi Pegorarii, et est tertia petia acquisti. Item remanet aliam petiam campi in contrata ubi dicitur ad Ronchetum, que est secunda petia illius carte acquisti, que carta acquisti fuit tradita et 10
scripta per Ambrosium Iudicem notarium in anno currenti MCCXXXVIII, XV die mensis februarii, indictione prima¹; de quibus omnibus predictis consignatis superius sunt plures carte et scripta et inbrivature quas ibi aparuerunt, quas ipsi prepositus et Tealdus hostendebant se habere, quas^a legebantur per illum locum et campanias eius, petiam per petiam, presentibus dictis consignatoribus eis audientibus et datum eis ad in- 15
telligendum multotiens sepissime. Quam consignationem et determinationem et iurium declarationem de omnibus predictis terris et possessionibus et iuribus consignatis et determinatis ut supra consignatum et determinatum est contenti et confessi fuerunt dicti consignatores fecisse, consignasse et determinasse ut supra et esse et fuisse illius ecclesie et canonice Sancti Bartollomei et ei pertinere et pertinere consuevisse et esse illemet 20
terre et contrate et coherentie veteres que continentur esse in cartis et inbrivaturis veteribus illius ecclesie et canonice, omni occaxione remota inde non facte consignationis et determinationis ut supra et omni probacioni in contrarium; eo salvo quod si ob culpam vel negligentiam vel maliciam aut alia occaxione ipsorum consignatorum vel alicuius eorum remansisset ad consignandum et determinandum vel coherentiandum ei- 25
dem domino preposito vel illi Tealdo de illis terris et possessionibus et iuribus illius ecclesie et canonice in ipso loco et territorio de Veddano, quod nullum preiudicium generetur eidem ecclesie et canonice per istam consignationem et determinationem, quod tamen nichillominus dictus prepositus et illi canonici et eorum successores possint omni tempore sibi predicto modo et nomine facere consignari et determinari et coherentiari 30
totum id quod remansisset uno tempore et diversis, non obstante ista consignatione et determinatione presente nec aliis consignationibus olim factis de illis terris; item salvo quod si aliqua^e petia terre de illis predictis terris superius consignatis errata esset in aliqua parte, in toto vel in parte in contrata vel in coherentis seu in quantitate, quod esse non debeat preiudicium nullum eidem ecclesie et canonice nec aliis personis in aliquo^o 35
tempore, set tamen omni tempore possit melliorari et aptari et mendari totum id quod erratum esset, non obstante ista consignatione nec illa erratione nichillominus; et facta et impleta illa consignatione et determinatione et coherentiatione de omnibus predictis terris et possessionibus et iuribus ut superius consignatum et determinatum est, dicti dominus prepositus et Tealdus predicto nomine rogaverunt me notarium ut inde 40
tradere et inbriviare deberem incontinenti publicum instrumentum consignationis, secundum quod preceptum est et fuit michi servitori et notario ab illo iudice et secundum quod in illo precepto continetur. Et sic incontinenti tradidi et inbriviavi^e odie istud publicum instrumentum consignationis et determinationis in presentia infrascriptorum testium. Tenor cuius precepti talis est. In nomine Domini. MCCLXXIII, die sabbati 45
XVIII die mensis martii. Precepit dominus Fedricus Piperata iudex et assessor potestatis Mediolani Iacobo de Modoetia servitori comunis Mediolani, qui est^p notarius, quatinus vadat ad petitionem domini prepositi ecclesie et canonice Sancti Bartollomei ad Buschum, nomine^a et vice illius ecclesie et canonice et capitulli et cuiuslibet de capitullo^e

5 ille insolidum, in locis de Tradate et Binago cum Monadello et de Venegonnis Inferiori
 et Superiori et Castronovo et de Veddano et in omnibus aliis locis et burgis et partibus
 in quibus vel eorum territoriis dicta ecclesia et canonica et capitulum illud habet terras
 et sedimina omnes et possessiones, decimas, ficta vel^e iudicata aut alia iura, et ex parte
 illius assessoris precipiat consulibus et officialibus et singularibus personis illorum loco-
 10 rum et burgorum vel partium, eorum nomine et nomine comunium ipsorum locorum et
 burgorum vel partium, ut per sacramentum et bona fide sine fraude et ultra, sub pena et
 banno librarum CC tertiorum cuilibet comuni burgi et librarum C tertiorum cuilibet
 15 communi loci et librarum L tertiorum cuilibet officiali et consignatori et cassine et libra-
 rum X tertiorum cuilibet singulari persone, incontinenti post preceptum sibi factum
 ab illis servitore ellegant et dent et confirmet et eligere, dare et confirmare debeant eis-
 dem servitori et domino preposito vel alicui de illis canonicis vel suo et illius ecclesie
 nuntio vel nuntiis^a suprascripto nomine de hominibus illius sui loci vel burgi seu partis
 20 de illis qui tenent et laborant seu tenuerunt vel laboraverunt de illis terris et sedimi-
 nis et possessionibus et iuribus, et de aliis qui sciunt de illis usque ad quantitatem quam
 ipsi servitori videbitur; et si necesse fuerit, dictus servitor per se cogat et accipiat de
 aliis hominibus illius loci^e vel burgi vel partis vel ab aliis partibus de illis qui sciunt de il-
 lis, et omnes eos consignatores incontinenti dictus servitor cogat ad iurandum et eos iu-
 25 rari fatiat ad sancta Dei evangelia corporaliter acta, tacta et facta super scripturis, eun-
 di cum illo servitore et domino preposito vel suo et illius ecclesie nuntio vel nuntiis per
 illum suum locum et territorium ad illas terras illius ecclesie ad satisfaciendum eis dictam
 consignationem et determinationem de illis terris et possessionibus et iuribus illius ec-
 clesie; que iuramenta seu sacramenta facta, incontinenti per illa sacramenta vadant cum
 30 illis servitore et^e preposito vel suo et illius ecclesie nuntio vel nuntiis per illum suum lo-
 cum et territorium ad illas terras et sedimina et possessiones illius ecclesie; et eas et ea
 incontinenti sub predictis sacramentis et bannis et penis eidem preposito vel suo et illius
 ecclesie nuntio vel nuntiis consignet et determinet et consignare et determinare et co-
 herentiare debeant eas et ea et fines et contratas et coherentias et quantitates earum et
 nomina et cognomina omnium illarum personarum que eas et ea tenent vel tenuerunt et
 35 ubi stant; et facta et impleta illa consignatione et determinatione et coherentiatione de
 predictis terris et possessionibus et^e iuribus dictus servitor, qui est notarius, tradat et fa-
 tiate incontinenti publicum instrumentum consignationis illius seu^e publica instrumenta,
 unum et plura, si interesse fuerit, primo facta et impleta illa consignatione et determina-
 40 tione, postea, si aliquis voluerit contradicere, veniat^e eorum illo iudice ad terminum sibi
 dandum per illum servitorem. Quod^e preceptum fuit signatum illi servitori per Lafran-
 cum de Turcho notarium predicto die sabbati XVIII die mensis martii; item signatum
 per Marcadantem de Cassio notarium comunitatis collegii paratici servitorum comunis
 Mediolani^e, constitutum ad signandum et bollandum precepta et requestas servitoribus
 45 comunis Mediolani. Actum in ipso loco Veddano. Inde plura instrumenta uno tenore
 fieri rogata sunt. Interfuerunt ibi testes ad traditionem huius instrumenti consignatio-
 nis et ad laudationem et confirmationem hanc^a consignationem^a ser Porrus filius domini
 Alberti de Guiscardo et Guiscardus filius eiusdem ser Porri et Iacobus filius condam Al-
 berti Sibelli, omnes illius loci de Veddano.

45 (ST) Ego Iacobus filius condam Chunradi de Modoetia civitatis Mediolani nota-
 rius ac missus domini Rugerii Fedrici imperatoris tradidi et scripsi et subscripsi.

^a Così in A. ^b Pipate in A. ^c sub manca in A; c'è nelle rr. ss. ^d Segue et nomina ripetuto.
^e Segue parola cancellata. ^f memorie corretta. ^g Segue et a sero cancellato. ^h Segue Ulmum ripetuto.
ⁱ tenet manca in A. ^j zitate manca in A. ^k Segue iacet ripetuto. ^l Segue et pedes ripetuto.
^m Segue aliquo ripetuto. ⁿ est manca in A. ^o Segue nomine ripetuto. ^p et manca in A.

¹ Nel 1238 era indizione XI.